S. Exeximus igitur nobis in cœlum, mi Ambrosi, Volmarius noster
una cum uxore, sicut è Gallia reversus rogaverat, et quidem
maximo cum animi dolore. Ferendum est tamen, ut inquit ille,
quod mutare non possis. Imò non tantum patientia sed etiam
gratiarum actione opus est in eo quod mutari non potest nec
debet, quum iustissima sit Dei nostri voluntas. Præterea igitur
ille nobis et gratam sui memoriam nobis reliquerit, tantisper
dum & ipsi, feliciter confecto ~~cursu~~ ~~vita~~ ~~nro~~ cursu, illum
consequamur. Confido enim Dominum cui servimus, nobis
pro sua misericordia, concessurum quod nos credere et sperare
docuit. Cæterum de gallicis rebus, multa quidem habui
de quibus ~~scriberem~~ ad te post meum reditum scriberem, sed
occupationes aliæ ex aliis nascentes ita me oppresserunt,
ut neq meo officio neq tuo desiderio satisfacere potuerim.
Se nunc quoq perincommodè factum est ut ab hinc octavum
diem ex Catharro decumbam, et ab omni scriptione ac
lectione prorsus abstinere cogar. Scripsi tamen heri,
frustra vociferante medico, ad D. Bullingerum nostrum
prolixè de rebus omnibus, quod iam pridem fecissem
nisi tam varia et tam inverta plerq; nobis essent
nuntiata, ut scribere pro certis ruderet. Mira enim
est hodie multorum imprudentia in quibusvis pro suo
arbitrio confingendis. Sed quæ ad D. Bullingerum scripsi,
certissima sunt. Rogavi autem illum ut binas meas
tras ad te mittere non gravaretur, quas à meo reditu
ad illum misi. Ex prioribus omnem profectionis meæ
rationem, ex posterioribus quis nunc sit Galliæ status
abunde cognosces. ~~Si~~ Quicquid autem rerum deinceps
acciderimus, curabo, Deo favente, ut ~~tot ac~~ quamprimum
fieri potuerit intelligas, ~~Eius~~ nec cœpitta ut neam
in scribendo diligentia ~~po~~ deinceps requiras. Scripsi paulo
ante morbum duos adversus illum insanum Hesyhasum Dialo-
gos, ~~quos~~ quos ad te mittam simulatq fuerint expressi.
Ubiq nos hic tenet suspensos Badensium comitiorum exitus,
apertè bellum in nos molienti uno vicino. Is quo nos non
ita pridem Valdensium Ecclesias ita crudeliter vexavit, ut
quasdam etiam penitus everterit, reliquas suis pastoribus
privarit, nihil denique Tyrannidis in eas omiserit. Sed

nam Dominus, qui ~~tot incertis~~ requiret. Ad nos quidem qui attinet, Dei gratia, iam obdurcuimus ad huiusmodi conatus, et, Deo fretis, speramus illum ruiturum in suam perniciem, si in nos irruat. De meo in Galliam reditu, miror tam uana potuisse tam citò et tam procul spargi. Ego, etsi spero cum alijs Ecclesias aliquid in Gallijs libertatis hac aut saltem respirationis habituras, tamen non puto me illum uocandum, nec sane eò profectò desidero, nisi Deo ipso illum extrudente. Tot enim meos Gallos, à grauiori lentitate plus ego metuo in parte quàm in perequitatione feruore. Sed hos Dominus omnibus prouidebit. Dominus. Rogote, mi pater, ut quod ad te plurimum ut scribo, mea ualetudini imputes. Dominum precor ut te unà cum tota familia suo spiritu dirigere & confirmare pergat, et cupio intelligere quomodo agatur cum meis discipulis, quorum hospes D. Valerius ad Dominum grauiore aestate superiore, paulo post quàm Rhotomago redijsset, quò illum miseramus ~~[illegible]~~ à anxiorum eiectum. Et bonus senex nos dubitant, extremo intra ~~tempus~~ tempore uitam suam omnibus periculis obijcere ut aliquos Christo lucrifaceret. Labor non fuit irritus, ut res ipsa ostendit. Redijt inde fabricatus, bona cum Ecclesia uenia, et plaudente tandem in Dno obdormiuit, in testimonium illis, qui quiduis potius quàm ueros Dei prophetas ferre maluerunt. Vuretus noster iam pridem totus languet, et nunc ex febri deribit. Hac est merces seruorum Domini, in hoc misero & ingrato mundo. Bene habet, qui ~~[illegible]~~ merces est nobis in caelis reposita, ubi Christus amplius non indicabitur, sed uos iudicat. Sed ere, Deus bone, quò tandem progrederer. Iu tu, mi fratre, ignosces. Bene uale, mi pater, et pro hac Ecclesia et alijs ~~in~~ quotidie huius rei causa, Dominum precare. Dominus sit tecum. Genenae ~~ex~~ Januarij

Tuus Beza.

Eximio servo Dei,
D. Ambrosio Blawero,
patri mihi plurimum
observando.

Vitoduri.